

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

A laboribus quies.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

48
Palladi dedicarunt. Hoc vero significat ferocitatem omnem doctrina molliri atque cicurari, quod
Epis. 2: ita luculenter Horatius expressit:

Nemo adeo feras es, ut non mitescere possit,
Si modo cultura patientem commode aurem.

IMPERIUM. CAP. IX.

Suetonius in C. I. Caes. cap. 61. IN augurali vero disciplina per Equos Imperium significatum saepe huius cōperimus, ut qui apud C. Julium Cæfarem natus est humanis prope pedibus, unguis scilicet in digitorum modum subscissis. Et enim orbis terra imperium portendi, Aruspices respondere, apud quem Equus hujusmodi esset editus. Eum itaq; Cæsar magna aliuit cura, nec patientem sessoris alterius primus ascenderit. Cujus etiam instar pro æde Veneris geneticis dedicavit: quamvis prodigia reliqua ita despectui semper habuerit, ut ab inceptu nunquam ullo prodigiis quantumlibet adversis absterritus aut retardatus sit. Sed enim eadem animalis species, qua imperium illi præsagiverat, eadem (inquam) & mortem præmonstravit. Siquidem Equorum greges, quos in trajicendo Rubicone consecraverat, ac va-
En. lib. 11. gos sine custode dimiserat, paulo antequam occisus esset, comperit pertinacissime pabulo abstinere, ubertimoq; flere. Eo porro affectu Equi plerique in dominos sunt, ut eos interemptos lugeant, inquit Plinius, lachrimasq; interdum desiderio fundant. Unde non incite de Pallante Virgilius.

Post bellator Equus postis insignibus Aethon
Is lachrymans, guttisq; humectat grandibus ora.

Ad hujus imitationem non minori forsitan affectu alterius Equi amorem in dominum Silius Italicus ita decantat:

<i>Agnovit sonipes, avre Eliog, auribus acrem</i> <i>Hinnitum effundens sternit tellure Vagesum,</i> <i>Quem tunc captivo portabat in agmina dorso:</i> <i>Hinc rapidū glomerans cursu per lubrica pinguis</i>	<i>Euolat, ac Domini conslit in ora jacentis:</i> <i>Inde inclinatus collum, summissus, & armos,</i> <i>De more inflexis præbebat scandere terga</i> <i>Cruribus, ac proprio quodam trepidabat amort.</i>
---	--

Stante cruento soli, & multilata cadavera cede.

Suetonius in Neroni cap. 46. Sed ut ad portenta revertantur, illud memorie proditum est, quemadmodum Nero asturconem, quo maxime delectabatur, posteriore corporis parte in simiæ speciem abiisse, per quietem videre vi-
sus, ac tantum capite integro hinnitus edere canoros: ostento fuit quod illa Equi ferocitas in simiæ ludibrium arripuit, invadendi regni signum Equus. Nam ea qua natus est hora, Equus pullus in te-
gulas ascendit, atque ibi brevi tempori spatio commoratus, simul & decidit & expiravit. Quod qui-
dem huic in Villa Martis genito, & ad bellica negotia nato, futuræ sublimitatis, quamvis brevi dura-
ratur, augurium fuit.

A LABORIBUS QUIES. CAP. X.

Quid vero soluti pascentesque in Nervæ numis Equi sibi velint, cuius ibideam literæ declarant, hunc scilicet modum: VEHICULATIONE ITAL. REMISSA, quod nonnulli referunt ad argumen-
tum illud, quod in Bove ad præsepe tractavimus. Sed accipiendum potius de tributo, quod Italia omnis in vehiculationes exoluebat, ut & Magistratum sarcinæ, & exercituum, & alia hujusmodi publica transportarentur, quod tributi genus Nerva uti onerosum nimis Italiz remiserit universitate, qua de sententia plura dicerem, nisi doctissimus plane vir Fab. Vigil. Spoletanus rem exactissime pertractasset.

ITALIA. CAP. XI.

Sunt qui putent Equos in hoc numo Italianam significare, eoque adducuntur argumento, quod in argenteo numo & aliquot æreis observatur caput Equi fraterni cum inscriptione, ROMA. Ab ejus occipitio sceptrum, in cuius summa parte caput itidem Equi videatur, ab altera parte Roma ipsa galeata, uti mos est. Alii numi sunt cum Equinis capitibus ab utraque parte singulis cum inscrip-
tione, ROMA. Sedenim cum Equum ipsum multifariam in Latinorum & Græcorum numis ob-
serva-